

NOTARUM NUMERALIUM.

13. Porrò & illi ad *Denarium* progressi sunt inq; eo substiterunt, qui *Alphabeti Literis Numerorum loco* usi sunt.
14. *Quomodo*, ut & qui *ultrâ denarium* procedant, in *Alphab. Tab.* videntum est.
15. Est qui *duodecuplam Progressionem* utiliore fore statuat. De quo aliàs.
16. Interim & hoc *observare* licet, quod nonnullæ gentes non ideò *barbaræ* sint, quod non *ultrâ quinarium* numerare scribuntur.
17. Ita quidem fit. Adeò *Germanicum* Proverbium est: *Er kan nicht [über] Sünffe zehlen.* Conf. Es. X. 19.
18. Imò *barbari* meritò dicebantur *Thracæ*, hodieq; *Grælandi*. Ambæ tamen gentes *suprà quinarium* in tantum non ascendunt. Vid. *Aristot. Probl. XV. Olear Itiner. p. 171.*
19. Sed & *Romani*, cultissima gens, in *quinario* subsistebant.
20. Sic aliæ plures à nostrâ *Numerandi ratione* abeunt; nec ideò *barbari*, vel *inculta* gens, dicendi.
21. Neq; enim satis firmum est *axioma* auctoris l. Cutri: *Omnes gentes & Orientis & Occidentis in illa numerandi ratione per denarium consentire.* Vid. ib. 59. IV. 27.
22. Discrepantia porrò, quam *diversarum Linguarum Populi* in expri-

mendis Numeris observant, a *rebus numeratis* potissimum dependet.

23. Sicq; *ultra* hos illos numeros non ascenditur.

e. g.

10. est Decas. e. g. *Corii* (n Decher)
 12. est Duodena e. g. *scrinarii operis* (Doufin)
 15. est quindena, e. g. *mergitum* (mandel)
 20. est vigena, e. g. *ovorum* (n styge)
 60. est Sexagena, e. g. *asferum* (n Schock.)

& sic porrò.

24. Sed & *aliud nomen* sortiuntur hi numeri. Poniturq; *minor pro majore*.
 30. *Cumuli Segetum Silig.* dicuntur *Centuria* uplandis *Svec.*
 60. *Caixas de cobre* dicuntur
 100. *Japonibus* &c.

& sic porrò 600 --- 1000.

3000 --- 5000. *Quinque* scil. *Ligaturæ.*

60000 --- 100000,

600000 --- 1000000.

Et vice versà.

120. *Libra* dicuntur *Centenarium*,
 1200. *militæ* dicuntur 1000.
Saxo Gram. libr. V.

25. Porrò Numeros nonnunquam dividunt perq; *Partes* efferunt *Æthiopes, Galli, Sina,*

26. *Mexicani*